



17420

kat.komp.

I Mac. St. Dr.

P

Der Dominicus

sic


Splawski Alex: Applausus bellicae vis.

Futis D. Dominico Alex. Karanowski.

PANEG. et VITAE

Pob. a. 4.

No. 368.



APPLAVSVS
BELLICÆ VIRTVTIS
ILLYSTRISSIMO AC MAGNI,
FICO DOMINO.

D. DOMINICO
ALEXANDRO

De Kazanow Kazanow-
ski. Capitanco Boguslouiensi

Vniuersalis Regni exercitus Notario,
Palatinda Podoliensi, &c.

AB

ALEXANDRO SPLAWSKY

Alumno Eloquentiæ.

DEDICAVS.

LEOPOLI,

In officina Michaelis Sloska, ARCHI-
EPISCO: Leopoli: Typographi A. D. 1635.

EPIGRAMMA

Ad Illustrissimum Dominum Dominicum
ALEXANDRUM KAZANOWSKI.

MVsa serenatos Tibi congratulatur honores,
Atq; tuis meritis laurea ferta parat.
Gloria magnificas demonstrat clara curules,
Sed virtus præstans dat Stephanoma Tibi.
Fauustus es, & vento fertur tua Cymba secundo,
Nec metuit volucris noxia saxa Dex.

17420 F

P R Æ F A T I O

P*Arthoram nemini licebat suos Reges Imperatores, & Prin-
cipes salutare, ILLUSTRISSIMAE AC MAGNIFICAE D.
quin simul munus eis offerrent. Hinc visitatus illemos Ca-
laborum erat ut si quos hospites hospitio excepissent, oppipare
instructa conuiuia illis & munuscula apponerent. Decebat quidem
& me Liberalissimo Mecænatu munus aliquod offerre, sed cum non
nisi incultam hanc & impolitam elucubrationem meam offerre
possum, vna cum illa animam ad humillima obsequia paratissi-
mum voueo & offero.*

LAVS



L A V S M I L I T I Æ

SI vtilitatem, & maximum emolumentum MI-
LITIAE, cum summa in dultria & sedulitate expendere
ILLVSTRISSE ac MAGNIFICE DOMINE.
& ante oculos exponerem, illiusq; innumeras laudum Pa-
negyres, insignes titulos ac illustria encomia ad regulam
reuocarem, vitæ præcis, imò æternitatis sine viduatæ termi-
num inuenirem, quam absolutâ Militiæ elogia oratione
enumerarem. Lacenas fortissimas & omnium aduersita-
tatum patientissimas mulieres, videtur augusta vultu vene-
rando Militia genitricis imitari, quæ solæ viros parere di-
cebantur. Illarum munus erat sese armis, bellis, venatio-
nibus & sagittis exercere, contra furentes, & exultantes
immani petulantia hostium legiones: animo Martio ac ge-
neroso prodire, nullus eis ludus videbatur esse iucundior,
quàm ferrum rotare, sanguinis flumina conspicerere, enses
exacuere, cuneos, copiasq; benè disponere, & ad martem
sanguinolentum non modò cogere, verum etiam inflam-
mare. Exulabat procul ab illis timor, non metuebant cru-
entum prælium cum potentissimis Regibus, inuictissimis
Imperatoribus, & bellicosissimis Ducibus constare, quos
prospero fortunæ Zephyro adiutæ immaniter trucidarunt,
profligarunt. debellarunt. Primæ illarum Coryphææ,
Marthessa & Lampedo, quæ maiore Europæ parte suis ar-
mis potenter subactâ, Asiæ quoq; nonnullas Ciuitates oc-
cupauere: ex quarum disciplina reliquæ mulieres fortissi-

ma & mascula virtutis tanquam ex Equo Troiano prodi-
erunt. Prodiit Orithya seruata in omne æuum virginitate
commendabilis, prodiit Antiope, Menalippe. Harpalice
Hippolyte, & Penthesilæa, de qua ait Virgilius Poëtarum
Antesignanus,

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesylæa furens mediisq; in millibus ardet.

Verùm quid longas in encomiis Amazonidum necto
moras: ac latè effusèq; ruptis habenis exspatior! pluri-
ma eaq; insignia in verustis jamdudum libris exstant exem-
pla LL. ac M. D. inter quæ illud Laconum summam admiratione
dignum esse videtur, qui pueros suos non in deliciis, non in
splendida educatione habebant, sed rigidissimam instituti-
onem, ornatus vilissimos, labores durissimos, vigilias &
continuas assiduitates præbebant. Quid præterea? à prima
ætate ducebant in aciem, ad arma capessenda animum sti-
mulosq; addebant, ferro digladiari docebant, disponebant
Phalanges ad concertandum, iactu, cursu, saltu, luctu, arcu,
sagittis, fundis, inter se contendere moris habebant, notas
bane desides, fortes verò laudabant, & præmiolis, ac dona-
riis onerabant, qui in exercitio bellico superauit, felix erat,
qui sanguine purpurascebat, illoq; manabat, felicior, qui
ad extremum vitam exhalauit strenuè pugnando, felicissi-
mus. Ita planè suos alumnos exercet MILITIA, ita illos
ad egregia quæq; facinora perducit, præcepta subministrat
salutaria, muneribus amplissimis fortunæ, non tantum con-
decorat, sed etiam in sublime dignitatis fastigium accersit
Sumpsisisti & tu ILLVSTRIS ac MAGNIFICE DO,
MINE plena liberalitate à literis commoda, aperuit TIBI
ingentes

ingentes & pretiosos sapientia rerum Diuinarum humana-
rumq; moderatrix Eloquentiæ thesauros. Ornauit TE
multis diuinis, cundecorauit fortitudinis insignibus, &
frimissimis adeo corroborauit præsijs; Vt fortunæ vicissi-
tudines & sæuientes insultus, æquo ac placido ferre animo
di diceris, nec Vnquam tanquam Helle in mare amplissimum
ærumnarum ob animum constantem delapsus fueris. Sed
quid dicam de MILITIA, quam TV optimè perdiditatus es,
Illa TE Celebrem & Conspicuum fecit, illa ad Honores
euexit, illa Deo auspice (vt magnam conspiciospem) in cel-
sissimo ad huc dignitatis, & glorie collocabit. Non torpent
otio Milites dum in Castris Bellonæ existunt, sed semper
excubias peragunt, Talis est MILITIA, quæ summo hono-
re summos Principes, Reges, Imperatores potentissimos
prosecuta est, hos in Stellato immortalitatis solio collocat,
& præclare gesta æternis consecrat monumentis. Non de-
sististi ILLVSTRIS ac MAGNIFICE D. a Maiorum
Tuorum Virtutibus, adornas Præclaram Familiam Magni-
ficis honestamentis, auges eximijs ornamentis; & quod ma-
ius est, Tuis Viribus tota Illustris Domus Velut Athlante
cælum innititur ac sustinetur. Quis arcus triumphales for-
tissimo Trasibulo constituit: constituit generosa MILI-
TIA, quod triginta effertis Tyrannis a Lacedæmonis con-
stitutis fortiter se se opposuit, illosq; acerrimè oppugnauit,
Quis immortalitatis Trophæum ac Bellicæ laudis monu-
menta Timoleonti Corinthio erexit: erexit MILITIA, quod
& pulcherrimam Patriam à crudelissimo dominatu recupera-
uit, integram restituit, in libertatem asseruit, & Siciliam efau-
cibus immanissimis ereptam in statu tranquillo collocauit.
Quis Leonidæ Spartano Pyramides eminentissimas excita-
uit: excitauit MILITIA; is ausus erat manum conferere cùm

numeroſo illo omnium poſt homines natos, populoliſſimo
Xerxis Perſarum Regis exercitu, pro Patria, vbi partâ vi-
ctoriâ nomen eius celebre immortalitas factis inſcripſit.
Quis Coloſſos Lyſippi dexterâ exciſos, Manlio Torqua-
to inſtaurauit: inſtaurauit MILITIA. Non metuit hic Impe-
rator potentiſſimus, Gallum prouocantem, quem ſeuto, &
gladijs duobus armatum, ornatumq; torque, & armillis,
vitiſibus, adoleſcentiâ, magnitudine, & virtute, cæteris ante
ſtantiem occidit, mortuo torqueſu detraxit, eamq; ſanguino-
lentam, collo ſuo impoſuit. Habet ſuas dignitates MILI-
TIA, habet titulos, & magnificâ Apotheoſes, & viris de
Re Publica benè meritis, ex ſuo locuplete gazo Philaceo,
opere pretium impertitur. Appellauit Magnos Alexan-
dros, Marcos Antonios, Caſimiros, Carolos, alioſq; felicis-
ſimos Monarchas. Quid Leonidæ interitu illuſtriſ, & pul-
chriſ: qui cùm in acie fortiter depugnans iam iam animam
exhalaret, interrogatus, â prateruentibus, quid ad ſuos
mandaret, hoc inquit; ſe promptè ſanguinem effundere, vt
ipſi in Patria quam feliciffimè, Viuere queant. O animum
generoſum, & Martium, O mentis aureæ dictum de pecto-
re candidiſſimo, Claret, clarebitq; tua inſignis fortitudo Acer-
rime Agonoſtheta, nullis Vnquam tenebris obliuionis ob-
ducetur, ſed ſemper gratiſſimo ſuo ſplendore, Patriam geni-
tricem illuſtrabit. Parat MILITIA Imperatoribus, Duci-
bus, Antefignanis, Equitibus, alijsq; Militibus, Bellicâ
Virtute eminentibus. Coronas militares, offert triumphalem
laureis ramis baccisq; circumtextam, inuictis Imperatori-
bus, quibus, vt hoſtium domitoribus, totâ Vrbe magnificis
curribus circumuectis triumphos peragere concedit. Offert
alteram gramineam Tribuno Millium, Equitiſ, qui ho-
ſtium obſidionem, forti pectore ſuſtinet ab ijs, qui liberati,
ſeruatiq;

seruatiq̄ sunt. Offert Ciuicam textam querceis folijs ac
fastigijs, illi, qui Ciuem in conflictu liberat singulari certa-
mine. Dat Coronam muralem auro conflatam in formam
muralium pinnarum oblatam ab Imperatore Exercitus,
huic qui primus vi & armis hostium mœnia transcendit in
urbem. Porrigit Castrensem vallarem ex auro confectam,
qui primus oppugnando vallum hostile occupat. Insuper
nauali prælio, qui in classem hostium armatus primusq̄
irruens, nauem ingressus est. Coronâ aureâ nauali conde-
corat rostrorum aut pinnarum nauahum adinstar confe-
ctam. Verùm nobilior Coronas virtutis, & honoris, præ-
mia Tibi **ILLVSTRIS** ac **MAGNIFICE DOMINE**
Probitas, & Pietas parauit, in illo sublimi Capitolio, vincunt
suâ dignitate, Coronas Gemmatas, Aureas, Vallares, Mu-
rales, Rostrales, Ciuicas, Triumphales, & Gramineas; Curre
ad illas indefesso studio, per spinosum Hippodromon, &
per stadia, gressu non cespirante contende: **TIBI** applaudit
Mars sanguinolentus. **TIBI** Bellona vultum hilarem, &
amœnum præbet. **TIBI** Ornatus, purpura, honor, fert
Obeliscos innumeris Coronis & insignibus ornatos, **VIVE**
annuente Deo, Ecclesiæ patrocinium, Decus Patriæ, Co-
lumen Studiorum, & omnium ad **TE**, tanquam ad **Asylum**
beneuolentiæ confugietum, firmissima defensio. **VIVE**
iterùm fortissime Athleta ex animi sententia opto longam
atatem. Excede Pylis annos, defende Patriam tuam, ab
insensissimis hostibus, & in **BELLICA VIRTUTE**
feliciter, prosperè, ac fortunatè progredere.

D I X I

EPI.

EPIGRAMMA

Ad Illustrissimum Dominum Dñum Dominicum
ALEXANDRVM KAZANOWSKI.

Salve Martis honos, Martis genus, optima bello
Dextera, Romanis maioribus æmula virtus.
Præferri tibi nemo potest, & iure, superbis
Semideos armis æquas, & solus in omnes
Heroas iam stare potes, Lux temporis huius
Militiæq; Parens & belli gloria, magnis
Laudibus obscuras veterum miracula rerum.
Iam tua venturi Vatum celebrata nepotes
Carmine facta legent, & sero traditus ævo
Clarus eris Ducibus, decus exemplarq; futuris.

Aliud ad eundem.

Lata nouum mundo natura fauentibus astris
Addidit in lucem te veniente decus.
Nec fors, nec ratio, mentis nec viuudus ardor,
Nec pars virtutis defuit vlla tibi.
Protulit antiquos regni te principe fines
Pannonis, arctoïis gens dominata plagis.
Te Geta, te Dacus tremuere, acerq; Cosacus
Horruit, & vires ora Liburna tuas.
I modo, & in magnis spem magnam pono rebus,
Rerum gestarum fama perennis erit.

BIBLIOTHECA



VA. LONIGAE



Biblioteka Jagiellońska



stdr0014642

